Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-476165-p0001-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-476165-p0002-9

SVAVISSIMVM
SCHOLAE MARTYRIVM
VIRO
PRAECELLENTISSIMO AMPLISSIMO
ET DOCTISSIMO
DOMINO
M. IO. FRIDERICO SCHROEDERO
LYCEI TORGAVIENSIS RECTORI
MERITISSIMO
FAVENTE DIVINI NVMINIS GRATIA
ONOMASMA LAETISSIMVM
A. O. R. MDCCLII.
CELEBRANTI
PIETATIS ATQVE OBEDIENTIAE IMPVLSV
GRATVLABANTVR
CLASS. SVPERIOR. MEMBRA
TENVI OPERA
FRIDERICI GOTTLOBII SCHVSTERI
DRESDENSIS MISN.

TORGAVIAE LITTERIS PETERSELLIANIS.

81

AK

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-476165-p0003-5

Triſtes percipimus lacrymanti corde dolores,
Quos in piſtrinis ſancta caterva tulit.
En! martyr lætans oneratur ab urbe lapillis,
Sublatis oculis ſidera clara petens.
Vertitur in cineres vivus Laurentius igne,
Atque caput Pauli Principis enſe cadit.
Vir ſacer in paucis, qui crimina nulla patravit,
Adfixus ligno cui data forma crucis.
Haudque ſinunt ſpecies mortis, numerentur ut omnes,
Illatoque malo calculus omnis abeſt.
Hoſtes quod ſanctæ doctrinæ, quodque tyranni,
Martyribus ſanctis mente furente dabant.
Hic laqueo moritur, gladio perſtringitur alter,
Hic datur in undas, alter in igne perit.
Id quod martyribus tot ſanctis contigit olim,
Contigit haud tantum teſtibus hiſce piis.
Luditur hæc triſtis noſtro quoque fabula ſeclo
Quæ mala Turca facit? Nonne tyrannus atrox?
Nonne pios miſere multos mactavit ut agnos,
Illius & Regis ſævit ubique furor?
Quantam Paſtores molem perferre tenentur?
In ludo quantam ſæpe Magiſter habet?

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-476165-p0004-0

Cuilibet illorum magna eſt toleranda tyrannis,
Cingere quæ ut ſpinæ te, pia turba, ſolet.
Non magni nomen fidi Doctoris habetur
A vulgo, garrit: Vulpibus iſte ſtudet.
Infenſus Dæmon, qui primus in orbe tyrannus,
Illis inſidias, qua data porta, ſtruit.
Impia crudeli permota a Dæmone turba
Perſequitur miſeros, non remorante pede.
Imberbis juvenis, quem formant rite Magiſtri
Sæpius his bilem per mala facta movet.
Aut ſequitur petulans pravæ convitia linguæ,
Atque Theonino dente laceſſit eos.
Non tamen eſt omni ſtatus hic orbatus amœno,
Aſt & in hoc aliquid, quod juvat eſſe ſolet:
Numen enim ſummum donis compenſat in alto,
Quæ fidus Doctor paſſus in orbe malo.
Ornat & in mundo Doctores gratia ſummi,
Principis ac ipſos gratia certa manet.
Illos oblectat, qui ſe bene geſſit, alumnus,
Et pietate ſua gaudia multa parat.
Tu quoque Præceptor, Doctoris nomine gaudes,
Martyris & veri ferre teneris onus.
Martyrio ſed cuncta tuo non ſuavia deſunt,
Nam Tibi ſudanti præbet amœna Deus.
Idque dies præſens demonſtrat lumine læto,
Dum Tua perfauſta Nomina luce micant.
Hinc Tibi martyrium, quo fiat ſuavius atrox,
Quod noſtri cauſa laude ſubire ſoles.
Plaudimus, ad cœlum mittentes debita vota,
Ut rubro Faſti nomina clara notent:
Læta dies, redeas multos optata per annos,
Sis tanto ſemper fauſta, beata Viro.
Corporis, alma dies, referas cum ſole ſalutem,
Ac animo ſano proſpera cuncta feras.
Sic Te noſtra colet ſemper Gymnaſtica turba,
Dum per Te guſtat dogmata mille bona.
His magnum pondus votis ardentibus inſit,
Sic Tibi martyrium florea ſerta dabit.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-476165-p0005-6

Friderich Gottlob Schuſter, Dresdenſ.
Johann George Wähner, Melpiz.
Heinrich Samuel Glaſewald, Wiederau.
Johann Chriſtoph Heubach, Sizeroda Miſn.
Johann Gottfried Mehlig, Torgau.
Heinrich Auguſt Liebitſch, Dommitz.
Johann Wilhelm Tiſcher, *maj.* Torgau.
Johann Friedrich Görner, Dresdenſ.
Chriſtian Abraham Lehmann, Jüderbog.
Johann Carl Heune, Schildau.
Chriſtian Gottlieb Tiſcher, *min.* Torgau.
Chriſtoph Friedrich Lebrecht Hoffmann, Weydenhayn.
Caſpar Damianus Grulich, Freyberg.
Johann Chriſtian Kühne, Torgau.
Ernſt Heinrich Winckler, Kreyſchau.
Guſtav Friedrich Böhlau, Wildſchüz.
Johann Heinrich Adolph Bölligke, Torgau.
Gottfried Gotthold Tranitz, Torgau.
George Friedrich Rünger, Dresdenſ.
Friedrich Andreas Schultze, Torgau.
Chriſtian Daniel Römer, Zwetau.
Johann Abraham Böhme, Audenhayn.
Johann Gabriel Behrens, Torgau.
Ernſt Friedrich Klotzſch, Muhlberg.
George Ernſt Bruckmeyer, Neidenſ.
Ernſt Amadeus Martini, Bocwiz.
Johann Friedrich Ulrich, Dommitz.
Johann Chriſtoph Hockel, Torgau.
Johann Wilhelm Henne, Torgau.
Carl Adam Kolbe, Torgau.
Carl Gottfried Chriſtiani, Budiſſ.
Johann Gottfried Leinichen, Staupiz.
Johann Gottfried Tœpffer, Torgau.
Johann Jacob Worgatzſch, Torgau.
Johann Martin Kuntze, Süptiz.

)o(

78 M 399
(X22587444)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-476165-p0007-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-476165-p0008-2

SVAVISSIMVM
SCHOLAE MARTYRIVM
VIRO
PRAECELLENTISSIMO AMPLISSIMO
ET DOCTISSIMO
DOMINO
M. IO. FRIDERICO SCHROEDERO
LYCEI TORGAVIENSIS RECTORI
MERITISSIMO
FAVENTE DIVINI NVMINIS GRATIA
ONOMASMA LAETISSIMVM
A. O. R. MDCCLII.
CELEBRANTI
PIETATIS ATQVE OBEDIENTIAE IMPVLSV
GRATVLABANTVR
CLASS. SVPERIOR. MEMBRA
TENVI OPERA
FRIDERICI GOTTLOBII SCHVSTERI
DRESDENSIS MISN.

TORGAVIAE LITTERIS PETERSELLIANIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-476165-p0009-2